

**Manuductionis ad veram theoriam morborum praxinique clinicam specimen
IV. De paralyi et phrenitide / [David Franz Hezel].**

Contributors

Hezel, David Franz.
Jantke, Johann Jakob, 1687-1768.
Universität Altdorf.

Publication/Creation

Altdorf : J.W. Kohles, 1730.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/n9bsw9we>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

Q. D. B. V.

30.

MANVDVCTIONIS

AD

VERAM THEORIAM
MORBORVM
PRAXINQVE CLINICAM

SPECIMEN IV.

DE

PARALYSI ET PHRENITIDE

PRAESIDE

IO. IAC. IANTKE

MED. DOCTORE

SERENISS. DVCIS SOLISBACO-PALATINI
CONSILIARIO ET ARCHIATRO
THEORIAE PROF. PVBL.

PLACIDAE PHILIATRORVM DISQVISIONI
EXPONET

DAVID FRANCISCVS HEZEL
HALA-SVEVVS.

AD DIEM I. APRILIS MDCCCXXX.

ALTORFII

TYPIS IOD. GVIL. KOHLESII ACAD. TYPOGR.

Q. D. B. V.
CAPVT QVINTVM.
DE
PARALYSI.

§. I.



apoplexiam ut plurimum excipit *Paralysis*, quæ est motus voluntarii in una vel pluribus corporis partibus Abolitio, cum sensus itidem vel plenaria amissione, vel imminutione, vel depravatione coniuncta, ab Atonia partium fibroso-musculoso-nervearum originem habens.

§. II. *Subjectum* hujus morbi primarium *Nervus* est, vel in sua origine, vel insertione & progressu: hunc enim non modo generale sensus Organon esse, verum etiam ab ejusdem blanda tensione, fluidique nervei libero transitu & influxu ad partes fibroso-musculosas omnem motum dependere, in præced. capite probauimus.

§. III. Quamprimum igitur Nervi vel in dicta sua origine, vel insertione & progressu comprimuntur, aut relaxantur & flaccidi fiunt, fluidumque illud nerveum libere non transit, aut debite ad partes influit, statim Atonia partium gravis vel levis sequitur, sensusque ac motus imminuuntur, & tandem pereunt.

§. IV. Atque hanc *Atoniam* partium *Causam proximam* hujus morbi esse supra §. I. diximus.

§. V. Hæc vero inducitur variis de causis, *antecedentibus* dictis, quarum tamen *primaria* est *fluidi nervei subtilissimi*

lissimi transitus & influxus per nervos ad partes denegatus & interceptus.

§. VI. Intercipitur autem & denegatur influxus ille potissimum ob tres causas I. *Ob Principii nervorum compressionem:* II. *Nervorum relaxationem &* III *horum obstructionem.*

§. VII. *Compressio Principii nervorum* accidit, quando sanguis extravasatus (inpr. post læsiones & lacerationes cerebri violentas,) prædicto principio nervorum superincumbit, illudque comprimit, unde postmodum omnis influxus fluidi subtilissimi nervei ad partes impeditur, membraque sensu & motu privantur: cuius rei notabile Exemplum prostat Eph Nat. Cur. Cent. 9. & X. obs. II. de puero XII. Annorum paralytico factò, cui ponderosa 5. librarum tegula ex sublimi tecto ruens cranium in sinistro latere fregerat, magnumque vulnus inflixerat, imò ipsam cerebrum tam graviter læserat, ut, dum pro mortuo ad ædes chirurgi deferabatur, largissimi arteriarum sanguinem in arcus ejaculantium rivuli profluentes conspicerentur, cerebrique unus alterque gyrus tunicæ suæ illapsus (pia tamen matre adhuc investitus,) cerneretur eousque propendens, ut non solum meram exhibuerit corticis cerebri superficialem lamellam, verum etiam profundius paulo excussam candicantis substantiæ stamina ostentaret, non sine singulis diebus novo cerebri, et quidem nitidissime candicantis propulsi, factò dispendio: hoc insuper præ cæteris notatu dignum fuit, quod puer quamprimum ulnis excipiebatur, vacillationem ossium cranii fractorum exhibuerit, digitos manuum arctius mox constrinxerit, magnaque vi spasmos extremorum passus fuerit, cum sensuum plenaria amissione, et *dextri lateris subita Resolutione.*

§. VIII. Similiter & reliqui humores p. n. in cerebro collecti stagnantes, aut extravasati ratione ponderis sui, dum Principium spinalis medullæ aggrauant, premuntque, fluidi nervei subtilissimi influxum ad partes sufflaminare valent: sic

Eph.

Eph. Nat. Cur. Dec. I. obſ. 14. refertur de Nauta quodam ſtipitis inſtar ſine loquela & motu lateris ſiniſtri decumbente, parum comedente, et continuo fere dormiente, nec ullo modo excitando, tandem demortuo, quod in ejus capite poſt mortem examinato cranium apparuerit fere totum, inpr. in dextro latere, carie profunda exeuſum, imo pone os temporale dextrum ad cerebrum uſque foraminulentum: ipſum autem Cerebrum in eodem latere non exiguam quantitatem puris cocti ad ventriculum uſque dextrum penetrantem, continens.

§. IX. Hæ & ſimiles obſervationes edocent, hemiſphæria cerebri non e directo corporis partibus, ſed per decuſſim potius reſpondere, ita quidem, ut hemiſphærio cerebri dextri lateris p. n. affecto, Paralyſis ſiniſtrum latus occupet, & vice verſa affecto hemiſphærio cerebri ſiniſtro, eadem dextrum latus afficiat. plura vid. ap. Io. Mariam Lanciſium de Mortib. Subitan, pag. 231. & ſeq. Harder. Apiar. obſ. 78.

§. X. *Relaxatio Illo Nervorum* fit, quando poſt prægreſſam Apoplexiam, Epilepſiam, aut alium morbum gravem & dolorificum Nervi vel plane relaxantur, aut ſaltem flaccidi ſunt, unde ſenſus et motus vel in totum aboletur, aut ſaltem imminuitur.

§. XI. *Nervorum Illio Obſtructio* evenit, quando particulæ heterogeneæ tartareo. ſalinæ acres & ſcorbuticæ, vel ſalſæ & acidæ in M. S. exſuperantes, non modo ipſum fluidum nerveum vitioſum conſtituunt; verum etiam poros & canaliculos nervorum obſtruunt, quo minus dicta lymphæ nerveæ debite ad partes deferri queat: hinc partes muſculoſæ robore ſuo vitali orbatae, neceſſario motu & ſenſu privantur.

§. XII. Non deſunt equidem inter recentiores Doctores Viri celeberr. qui obſtructiones Nervorum in dubium vocant, credentes, impoſſibile plane eſſe, Nervos a materia quadam obſtrui poſſe, cum ex ſubtiliſſimis fibrillulis ſint compoſiti, quas

subtilissimum illud fluidum spirituosum & elasticum duntaxat transeat, vid. Ill. Frid. Hoffm. Medicin. consultator. Part. 6. Dec. V. Cas. 9. pag. m. 351. Verum non desunt alii, qui priori sententiæ inhærere malunt, reputantes, Nervos non modo posse, verum etiam revera sæpe obstrui: quando a sanguine impuro & crasso, impurum quoque & minus elasticum fluidum nerveum in cerebro secernitur, quod deinceps ipsorum nervorum canaliculos (alias pervios,) omnino obstruere valet: interim ipsi credimus antea dictas obstructions nervorum sæpius Asylum esse ignorantiae, quo Inscitiam suam & in morbis dignoscendis & dijudicandis Imperitiam abscondere & tueri valent Medici nonnulli.

§. XIII. Præter autem jam adductas causas antecedentes potiores, symbolum suum porro conferunt.

α. Status plethoricus, & habitus corporis obesior.

β. Dispositio hereditaria & naturalis.

γ. Temperamentum seroso-pituitosum.

δ. Affectus dolorifici spasticique acerbis, ex gr. Epilepsia, Arthritis, Podagra, Colica M. N. C. Dec. II. A. I. obs. 81. Dolores mesenter. M. N. C. Dec. I. A. I. obs. 59. Artuumque extremor. M. N. C. Dec. II. A. VII. obs. 109.

ε. Crises non bene succedentes, aut impeditæ.

ζ. Morbi progressi minus dextre & funditus curati, sed potius suppressi & repulsi v. gr. Variola M. N. C. Dec. I. A. IV. & V. obs. 9. D. III. Lotich. Lib. II. Cap. I. obs. XV. A. IV. pag. 2. febres Lentil. Miscell. Medico-pract. part. II. pag. 585. M. N. C. dec. II. A. II. obs. 156. affectus it. rheumatici, erysipelacei, Scabiosi & œdemata pedum, Rhod. Cent. 3. obs. X. lues ♀ea Wepf. obs. 147.

§. XIV. Huc porro spectant, η. Vermes, Misc. N. C. Dec. II. A. V. obs. 19. pag. 15. app. & Dec. III. A. III. obs. 104. Venena, Philtra &c. M. N. C. Dec. II. A. VIII. Obs. 225. It.

It. 0. *Excreſcentia*, v. gr. *gibbus* M. N. C. Dec. I. A. II. obſ. 230. Et 1. denique *Leſiones & Violentia* externæ v. gr. *Ictus*, *Lapſus*, *Contuſiones* graviores Eph. N. C. Cent. 9. & X. obſ. 8. app. Harder. Apiar. obſ. 31. Helwich. Obſ. phyſico-medicar. obſ. 50. *Vertebrarum Dislocationes*, & *articulorum luxationes* Eph. N. C. Cent. 9. & X. obſ. 8. app. Harder. Apiar. obſ. 73. *Contractura*, & *Diſtorſiones partium* vel ab ipſa nativitate, aut a morbo graviore prægreſſo, relictæ. *Vulnera Capitis* profunde nimis inflicta, Harder. Apiar. obſ. 31. *Nervorum punctura & diſciſſiones*, *Morſusque Animalium iratorum* Rhod. Cent. 3. obſ. 89.

§. XV. Denique *Cauſarum procatarticarum* mentio injicienda eſt, inter quas I. loco offendimus *Aerem*: quemadmodum autem Aer magnam vim habet humores æque ac ipſas partes ſolidas molles valide alterandi, commovendi, recreandi-que, ſi temperatus eſt: Ita e contra ſi intemperatus, & vel pluviſus, vel nebuſus, vel frigidus eſt, aut variis particulis heterogeneis Sulphureo-falino-acribus it. calcareis, mercurialibus, antimonialibus, arſenicalibus &c. refertus, multum ad producendum & augendum hunc hoſtem conducere poteſt; hinc etiam eſt, quod ii, qui in *adibus noviter exſtructis*, aut *hypocauſtis recenter calce viva* aut *gypſo obductis*, habitant, vel in *aquis* multum degunt, uti Pilcatores, Lotrices &c. vel *alio modo ſub dio* vitam agere coguntur, præ aliis huic morbo obnoxii ſint: vid. M. N. C. Dec. I. A. I. obſ. 84. Dec. II. A. VIII. obſ. 9. Helwig. obſ. 48. Lentil. Eteodr. Med. pract. pag. 459. & 667. Et Miſcell. Medico-pract. part. 1. pag. 60.

§. XVI. Idem fatum ſæpius experiuntur ii, qui *locis ſubterraneis* inhabitant, vid. Caſp. Pezold. in ſuis obſervat. obſ. 2. aut alio modo in *officinis Aurifabrorum*, *Stannariorum*, *Typorum fuſorum*, *figulorum* &c. vitam tranſigunt.

§. XVII. Succedit II. *mala victus ratio*; ſi nimirum *Eſculenta*

sculenta in se & sua natura vitiosa jam sint, ut non modo ventriculum, verum etiam alias partes nervosas graviter offendant, tonumque earum & robur naturale destruant & evertant: vel si in *quantitate nimia ingerantur*, ventriculum, vicinasque partes aggravent, premantque, unde functiones naturales, inprimis Digestio & Chylificatio impediuntur, consequenter ex vitiosa chylosi obstructions pertinaces mesenterii, colicæque diræ passiones proveniunt, quæ tandem in paralylin abeunt.

§. XVIII. Eadem fere est ratio *Potulentorum*, si *vitiosa & corrupta* sint, uti vina acida lithargyrio dulcificata, M. N. C. Dec. III. A. 4. obs. 92. pendulaque, aut *per fermentationem non satis depurata*, aut *manifestum acorem fœventia*, uti sunt vina novella mustacea, it. nimis sulphurata, & sua natura austera: nec non cerevisiæ non satis defæcatæ, it. aquæ limosæ &c. Præ aliis autem notari merentur *Potulenta quævis actu frigida corpore æstuante ingurgitata*; vid. Helwig. obs. 49. Misc. Nat. Cur. Dec. III. A. III. obs. 104. It. vinorum spirituosorum alias in se optimorum, *Abusus, Ebrietasque consuetæ*.

§. XIX. Suo ordine nunc sequuntur III. *Motus & Quies*, si nimirum modum excedant; cujus rei manifestissimum Exemplum habemus in Literatis, aut qui vitam antea agilem cum sedentaria commutare coguntur vid. Eph. N. C. Cent. I. & II. obs. 147. aut corpus sub magnis itineribus aut aliis laboribus continuis fatigant.

§. XX. Idem dictum esto IV. de *Somno & Vigiliis*, si immoderata sint, testificante Hippocr. sect. II. Aph. III.

§. XXI. Magnum porro damnum inferunt V. *Evacuationes naturales* v. gr. hæmorrhagiæ Narium, hæmorrhoides, menses *emanentes atque suppressæ*; aut *consuetæ* v. gr. V. S. Scarificat. Purgat. Sudat. &c. *intermissæ*: Siquidem exinde status plethoricus facile inducitur, contra quem deinceps varias

rias sanguinis eluctatorias commotiones Natura equidem instituit, quæ tamen raro admodum finem optatum consequuntur, quemadmodum ex altera parte *Evacuationes nimie sanguinis, feri lymphatici seminisque* maxime ad Paralyfin disponunt quando partes nutrimento suo debito orbatae, flaccescunt, & tandem Atoniam contrahunt.

§. XXII. Majoris adhuc momenti sunt VI. *Animi pathemata*, utpote quæ Animam facile turbare, & ad motus anomalos, imo plane perversos suscipiendos incitare solent; uti sunt *Ira, Terror, Mæror & Tristitia*: sic in specie M. N. C. Dec. I. A. IV. & V. observatio 9. fidem facit, ex audito tristi nuntio feminam quandam ita perterritam & consternatam fuisse, ut subito paralytica facta, ad mortem usque permanferit. vid. Act. phys. med. N. C. Vol. I. obs. 240.

§. XXIII. In quantum denique VII. *Medicamenta* vel per se *incongrua*, aut *minus dextre adhibita* symbolum suum conferant, præ aliis commonstrare possunt *purgantia* illa *drastica* exhibita, utpote quæ Paralyfis mox excepit Intestinorum &c. vid. Eph. Nat. Cur. Cent. 5. & 6. obs. 34. & Io. Helwig. obs. 53.

§. XXIV. De *Operationibus chirurgicis* VIII. sine Judicio aut Circumspectione adhibitis paralyfin facile inducentibus non opus est, ut verba faciam; nemo enim nescit temerarios ausus Balneatorum & Barbitonforum nostri seculi, qui nimis arroganter omnia in se suscipiunt, ast sæpe tam infelici successu, ut loco auxilii sperati, ex nervorum aut tendinum læsione paralyfes fere incurabiles proveniant. Misc. Nat. Cur. Dec. III. An. 9. & X. obs. 247.

§. XXV. *Ratione Differentiarum* & quidem

I. *Modi afficiendi* Paralyfis est vel *universalis* M. N. C. Dec. I.

A. II. obs. 231. Dec. III. A. 7. & 8. pag. 73. app. vel

particularis alterutrius saltem lateris, nunc dextri, M. N.

C. Dec. III. A. 7. & 8. obs. 203. nunc *sinistri*, Timæus

Epist. medicinal. L. I. Ep. 7. vel denique *hujus* vel *illius* tantum *partis* v. gr. *Capitis in dextro latere*, M. N. C. Dec. II. A. VIII. obs. 98. *Oculi & Palpebrarum*, M. N. C. Dec. I. A. 4. & 5. obs. 210. Act. phys. med. N. C. vol. I. obs. 140. & 240. Timæus d. I. Epist. I. *Linguae*, M. N. C. Dec. I. A. 4. & 5. obs. 128. Dec. III. A. 7. & 8. obs. 91. *Colli*, M. N. C. Dec. I. A. III. obs. 324. *Gulae*, M. N. C. Dec. II. A. III. obs. 48. & *Oesophagi*, Eph. N. C. Cent. I. & II. obs. 147. *Brachii sinistri*, Eph. N. C. Cent. I. & II. obs. 196. *Pedum*, M. N. C. Dec. I. A. I. obs. 84. *Crurum*, Eph. N. C. Cent. 9. & X. pag. 447. app. *Intestini recti*, Eph. N. C. Cent. 5. & 6. obs. 34.

2. Alia porro est vel *perfecta*, ubi sensus & motus plane abest: Alia autem *imperfecta*, ubi sensus aut motus Indicia supersunt.
3. Ratione *Gradus*, alia *gravis* est, alia *levis*.
4. — *Exitus*, alia *curabilis*, alia *incurabilis*.
5. — *Partis affecta*, alia *essentialis*, alia *consensualis* &c.

§. XXVI. *Diagnosticæ Signa* addere vix opus est: Si quidem si una corporis pars, vel plures simul sensu aut motu, aut utroque simul priventur, Paralyfin adesse quilibet cognoscit.

§. XXVII. *Prognosis* declarat affectum hunc non modo in se *gravem* esse. præpr. si causa in capite, aut circa partes colli superiores, vid. M. N. C. Dec. II. A. III. obs. 48. aut ipsam spinalem medullam hæreat, verum etiam ut plurimum *diuturnum*, *Curatuque difficilem* existere, idque eo magis, si Paralysis sit *gravis & perfecta*, partesque resolutæ omni calore destitutæ sint, aut corpus impurum, senile, aut a prægressis morbis jam debilitatum existat, M. N. C. Dec. I. A. 6. & 7. obs. 134. aut denique a violentiis externis, *Casu*, *lctu*, *Contusione Nervorum abscissione & dilaceratione* &c. ortum duxerit, tunc enim ob supervenientem Gangrænam aut Sphacelum *lethalis*

thalis esse solet: vid. M. N. C. Dec. I. A. III. obs. 66. Eph. N. C. Cent. 9. & X. obs. 8. Interim spes Restitutionis quædam superest, si Paralyfis sit imperfecta & levis, it. scorbutica, vel a causa externa producta: Si ætas sit juvenilis, nec ipsa Natura ex tædio a Curatione abhorreat, sed potius auxiliatrices manus porrigat, & vel febrem excitet, vel largam diarrhœam, aut urinæ profluxum, copiosum, aut aliam crileos speciem perfectam vel imperfectam, producat. Salutem insuper ostendit Tremor & dolor in membro paralyfi debilitato, & si post inunctionem calidam pustulæ suboriantur. vid. Ill. Frid. Hoffm. Diss. de Morbb. ex Atonia cerebri nervorumque nascentibus.

§. XXVIII. In Curatione equidem *Indicatio palmaria* est, ut partes Atoniam passæ suo restituantur tono; verum sæpissime præter votum & bonam intentionem nihil superest: interim ne ægrotus omni destituatur auxilio, ad sequentes indicationes respiciendum erit.

- I. Ut causæ principales atoniam inducentes quantum possibile removeantur, emendentur;
- II. Partes & nervi resoluti iterum roborentur & firmentur.

§. XXVIII. Quoad I. *Indicationem* Medicus, & quidem in ipso *Paxoxyfmo* ante omnia abundantiam humorum respiciat, ut nim: pro nunc illam imminuat, consequenter ulteriorem compressionem nervorum, atque ab hinc inductam relaxationem eorum inhibeat, tædiumque Naturæ agentis antevertat.

§. XXX. Hunc in finem statim V. S. & quidem satis larga, præprimis in latere opposito, in usum vocanda erit, eoque magis si constiterit, Evacuationem aliquam ordinariam & naturalem emanasse, aut consuetam intermissam fuisse;

§. XXXI. Quod si autem ex *Erroribus* in *diætetis* commissis paralyfis fuerit exorta, statim *Emeticum* exhibere

convenit; siquidem ab hoc non modo primæ viæ repurgantur, verum etiam ex diffitis locis humores impacti & lentescentes stagnantes, dum Corpus valide concutitur, evocantur, unde humorum motus antea sufflaminatus iterum excitatur, tonusque fibrarum labescens quodammodo restituitur.

§. XXXII. Dum autem hæc adhibentur, juvabit insigniter revellendi sine *Clystere* aliquo stimulante alvum subducere, atque sic crassioribus & copiosis humoribus exitum parare: Etenim imminuta humorum copia, partium solidarum mollium robur quodammodo redintegratur, liquidorumque motus magis acceleratur.

§. XXXIII. Ceterum multum juvabit in ipso paroxysmo Paralyticum ad ambulandum sollicitare, aut etiam quomodocunque trahere, imo per intervalla partes paralyti tactas, commovere.

§. XXXIV. Quod si autem Medicus ex relatione adstantium, it. habitu corporis spongioso & laxo, vel cachetico, it. temperamento seroso-pituitofo probe cognoverit, partic. serosas & acres it. tartareo-salinas, in M. S. exsuperare, partiumque robur destruere, sine temporis dispendio statim *medicamentum purgans* propinare licebit, ut scilicet abundantia humorum seroso-pituitofoforum educatur; quo in casu præ aliis commendamus Pilul. ex MPilul. Tartarear. Schröd. & Bont. Aloe-phang. Marocost. Arab. Coch. addito Mercurio dulci vel Resin. Jalapp. parandas, quibus stimuli loco Troch. Alhand. addi poterunt.

§. XXXV. Quoad II. *Indicationem* commendari merentur Salia Volatilia. $\circ\circ$ sa nervinis maritanda, qualia sunt (ut delectum faciamus,) ipsum Sal Volatile $\circ\circ$ sum Sylvii, Liqu. C. C. succin. Spiritus C. C. Cephal. Aug. Castor. compos. Londinens. & egreg. antepilept. Leidens. Salis-Armoniaci succin. lavend. anthosat. sassafrasat, Elix. Cephal. Wedl. Tinctura L. sassafr.

ſaffafr. compoſ. Bat. Eff. Succin. Caſtor. Pulv. it. antapopl Brandenburg. & Hoffm. Specif. C. Mich. Succin. alb. ppt. Spec. di-
ambr. diamoſch. dianth. di-xyloaloës, & in ſpecie lumbrici terr.
qui licet ingratiſſimi ſint ſaporis, attamen magni uſus, & qui fa-
cile cum conſerva quadam in formam Electuarii redigi, vel
ad modum ab Excell. Klaunigio in Noſocom Charit. præſcrip-
tum pag. 91. commode exhiberi poſſunt.

§. XXXVI. *Inſignis porro utilitatis ſunt Infuſa pugil-
laria* ex Radic. & Herbis Cephalico-nervinis parata, & loco
Thee hauſta, v. g. Rad. Pœon. Doron. Chin. Caryophyll.
Irid. flor. Herb. Beton. ſalv. Meliſſ. Verben. Veron. Chamædr.
Flor. Anth. Tiliæ Cheir. Paralyſ. Stœchad. arab. Viſc. quern. &c.

§. XXXVII. Præter autem hæc interna, *externa* quoque
in ſubſidium vocari debent, v. g. *Cæſio cum urticis* it. *frictio-
nes* cum pannis aſperis *Embrocationes*, *ſinapiſmi* &c. hac ta-
men cum cautela, ne partes nimium incalceſcant, aut inflam-
mationem concipiant, facile enim ob motus tonici, alias ſan-
guinem propellentis, defectum, ſphacelus induci poteſt.

§. XXXVIII. Rectius proin commendantur *fotus* ex
herbis & radicibus cephalico-nervinis, vino incoctis, parati,
quibus partes reſolutæ ſoveri & deinceps inungi poterunt ſpi-
ritibus variis v. gr. Spir. Lumbric. terr. Formicar. Serpill. Matri-
cal. vini paralyt. Mynſ. & convulſiv. Geilfus. it. Aqua Anhaltin.
& Regin. Hungar. &c. vel Oleis & Unguentis v gr. ol. Lumbric.
terr. Hirund. Lond. Moſchelin. Petræ, Laurin. de Caſtor. comp.
Aug. Colocynth. Ungv. Nervin. de Arthan. Axung. human. Ad-
peque muris montani &c. atque hæc linimenta Ill Fr. Hoffmannus
c. l. Spinali medullæ potius, quam affecto membro inungere jubet.

§. XXXIX. Laudem quoque haud fucatam promerue-
runt *Balneæ* ex formicis, aliisque nervinis paranda e. gr.

Rec. Acerv. formicar. (ſi haberi poterit cum ovis) inte-
grum, vel dimidium, includ. ſacculo lineo raro, mox
I 3 adj-

adjiciantur Turion Abiet. Pini, herb. Majoran. Chamæpyt. fol. & flor. Paralys. aa. Mij. Rorismar. Salv. aa Mj. Bacc. Juniper. ꝑ℔ß. ①i cr. ꝑ℔j. Sulphuris citr. ꝑ℔ß. MS. atque saccus injiciatur in ahenum, & c. f. q. aquæ pro balneo decoquatur.

Post egressum autem membra paralytica sequi. inungantur Spiritu:

Rec. Baccar. Juniper. ʒß. Mastich. el. Piper. nigr. aa. ʒij. Mf. f. pulv. gross. cui in vitro angust. colli superfund. Spir. vini opt. ʒiiij Juniper ʒij. stent in Digest. per 6. horas, dein f. Colat. atque in hac frigida solv. Sapon. ven. rasi ʒij. D. S. *Kräftiger Spiritus in die Glieder wärmlight einzureiben.*

§. XXXX. Quodsi autem *Linguam* paralytis occupet, tunc statim *venæ* sub lingua incidantur, hac tamen adhibita cautela, ut prius vena in brachio secetur, ne majus damnum ex priori eveniat, deinceps autem Ol. Caryophyllor. dest. vel Cinam. Saccharo additum sub lingua detineatur, vel Dcto quodam herbarum & radicum Cephalico-nervinarum in vino facto, os sæpius eluatur, & deinceps sequens Oleorum Mixtura M. N. C. Dec. III. A. 7. & 8. pag. 155. commendata, in usum vocetur.

Rec. Ol. Majoran. dest. ʒ℔ß. Succin. dest. ʒj. Anthos dest. ʒß. Bals. vitæ gtt. 5. Ms. dr. Sr. *die Zunge damit anzustreichen.*

Et M. N. C. Dec. A. IV. & V. pag. 129. sequi. laudatur Mixtura.

Rec. Mithridat. Dam. ʒß. Extr. Castor. ʒj. ∇. Apoplect. ʒij. ol. Lilior. convall. dest. Rorismar. dest. aa. gtt. 5. Syrup. de stoechad. ʒj. MS. Dr. Sr. *Kräftige Mixtur die Zunge und den Gaumen fleissig damit zu bestreichen.*

§. XXXXI.

§. XXXXI. Quodsi vero Paralyfis ex *dispositione humorum scorbutica* fit pronata, tunc antiscorbuticis & nervinis huic malo obviam eundem est, vid. M. N. C. Dec. III. A. II. obs. 207.

§ XXXXII. Si denique Paralyfis ex *Colica* fuerit exorta, tunc præmissis universalibus V. S. nim. & Purgantibus, Diaphoretica blanda nervinis maritata apprime convenient, qualia sunt specif. C. Mich. Pulv. n. temper. antimon. diaphor. succin. alb. ppt. Sacch. Lact. Magnes. alb. Tinctura it. L. saffr. comp. Bat. Cort. aurant. antimon. tartar. & quæ omnibus palmam reddit dubiam Anodyn. B Jo. Maur. Hoffmanni it. Ess. Succin. Trifol. fibr. Pini antiscorb. Liqu. C. C. succinat. Spiritus Salis Armoniaci succin. anifat. cochlear. & Nitr. dulc.

§. XXXXIII. Singularem quoque præstant opem infusa pugillaria instar Thee hausta e. gr.

Rec. Rad. Sarsæpar. Chin. Tarax. Bardan. Caryophyllat. Rasur. Cort. & Lign. Saffr. aa. ʒj. fol. Salv. Meliss. aa. Mij. Beton. Chamædr. aa. Mj. Visc. quern. Cort. Winter. aa. ʒiij. sem. Fœnic. dulc. Anisi stell. aa. ʒj. Incis. & cont. gr. m. Dr. ad usum.

Ante decubitus autem seqq. exhib. Pilulæ

Rec. Extr. Trifol. fibr. Sarsæparill. compos. Bat. aa. ʒjv. Schacarill. Aristol. r. v. aa. ʒij.

Castor. gr. Xij.

Pulv. Lumbric. terr. ppt. ʒij. ʒij ʒial. diaphor.

Succin. alb. ppt. aa. ʒj.

ʒis nat. ppt. ʒij. Croc. opt. ʒj.

⊖. volat. Succin gr. viij. Mf. c. Tinct. anodyn.

Hoffmanni f. Pilul. inaur. D. S. *Lindern-
de Pillen XV auf einmal.*

§. XXXXIV.

§. XXXXIV. Laudari insuper merentur *succi herbar.* rec. v. g. Beccabung. Cochlear. Nasturt. aquat. cum vino expressi & propinati. evol. M. N. C. Dec. III. A. II obs. 207.

§ XXXV. Quibus denique *Auxiliis extra Paroxysmum* internis externisve ægris subvenire liceat, *Dyscrasiam nim. humo-*
tum corrigendo & copiam subducendo, partesque musculoso-
nervæas roborando, quilibet prudens Medicus, habita ratione Tem-
peramenti, & Vitæ generis, prospiciet. Vid. Jo. Helwig. obs. 47.

§. XXXVI. Ad reliquias autem mali delendas nihil præstantius esse dicit Ill. Fr Hoffmannus d. l. Thermis Carolinis, hac tamen cum cautela usurpandis, ne in accessione mali, vel ingravescente eodem, vel ubi caput imbecillum est, cura ineatur, malumque in pejus ruat. Vid. Hildan. Cent. V. obs. 6.

§. XXXVII. Singulariter quoque profunt Thermæ Wisbadenses, Embdenses, & præ omnibus aliis Balneum serpentinum non procul Francofurto distitum, germ. *das Schlangenbad* dictum.



CAPVT SEXTVM. DE PHRENITIDE.

§. I.

CVM *Delirium* generale nomen sit, omnemque Mentis alienationem significet, variasque species sub se comprehendat, prout nim. functiones nobiliores, & inprimis Judicium, læduntur; ita impræsentiarum de ea delirii specie agemus, quæ græcis vocatur *Φρένεις* aut *Φρενίτις*, & est delirium vehemens cum febre acuta, pervigilio, furore, risu, clamore, aliisque vehementioribus symptomatibus stipatum, a sanguine sulphureo-salino-bilioso tenui & acri ad meninges, ipsiusque cerebri poros & meatus, majori in copia delato, subsistente & in refluxu suo impedito, vasa ultra modum distendente, atque Inflammationem erysipelaceam ibidem pariente.

§. II. Vtuntur equidem nonnulli Autores, Hippocratem secuti, vocabulo *ᾤζαφροσύνη*, atque sub ea omnem Mentis alienationem, sive a plaga, juxta sect. 7. aph. 14. sive a sanguinis profusione, sect. ejusd. Aph. 9. exortam intelligunt: Verum bene notandum, quod vox *ᾤζαφροσύνη* omnem Mentis alienationem comprehendat, quæ fit cum aut sine febre, quæ tamen ultima ad nos non pertinet.

§. III. Consistit adeoque proprie affectus hic in *Inflammatione Meningum*, aut ipsius *Cerebri*, undecunque illa fuerit exorta, vel *sponte & idiopathice*, ex subitanea & repentina congestione sanguinis, v. g. post repentinas hæmorrhagiarum suppressiones, aut violentas capitis concussionem, M. N. C. Dec. II. A. V. obs. 7. vel *symptomatice* in febribus acutis,

ex concursu repentinorum commotionum. congestoriarum, quas Veteres communiter *raptum humorum ad caput* vocarunt.

§. IV. *Subjectum* hujus morbi sunt *Meninges*, dura scil. & pia Mater, & quandoque ipsum Cerebrum: etenim hæ partes facile data occasione inflammantur, quoniam plurimis instructæ sunt vasis sanguiferis.

§. V. *Causam proximam* Phrenitidis jam notavimus, sanguinem scil. sulphureo-salino-biliosum tenuem & acrem, majori in copia ad meninges Cerebrumque delatum & substantentem, aut in refluxu suo, aut excretionem a natura intentata, impeditum, vasa ultra modum distendentem, atque inflammationem erysipelaceam dictis in locis parientem.

§. VI. Inter *Causas antecedentes* autem locum habent:

1. *Plethora seu sanguis quantitate gravativa peccans.*
2. *Exsuperantia partic. sulphureo-salino-acrius in M. S. expansarum.*
3. *Sanguinis Evacuationes incongrue aut intempestive adhibita.*
4. *Crises non bene succedentes, aut impeditæ.*
5. *Aetas junior, activaque.*
6. *Cephalalgia crebra & diuturna.*
7. *Morbi progressi male curati v. g. febres adstringentibus suppressæ, Arthritis Podagraque repulsa, Gonorrhoea, fluorque albus nimis cito cohibitus. vid. Fontan. Curat. & Respons. lib. I. p. 21.*
8. *Venena, it. Philtraque propinata, Salmuth. Cent. 1. obs. 47.*
9. *Lesiones externæ, v. g. Ictus, lapsus, Contusio, Vulnus &c.*

§. VII. *Causarum procatartearum* censum subeunt seqq.

1.) *Aer*

- 1.) *Aer nimis calidus, radiique solares caput diu ferientes; it. repentinæ ex calido in frigidum, vel frigido in calidum factæ mutationes, Regimenque præprimis in morbis plus justo calidius.*
- 2.) *diata calidior & vinosæ. Rhod. Cent. I. obs. 41.*
- 3.) *Motus nimius, atque exinde inducta nimia corporis defatigationes.*
- 4.) *Vigilia nimis diu continuata.*
- 5.) *Humorum laudabilium nimia profusiones, aut*
- 6.) *Evacuationum ordinariarum & consuetarum suppressiones aut Emanationes, hincque inducta translationes ad caput in viris hæmorrhoidariis Horst. lib. II. oc. 26. & regurgitationes in feminis ex menstribus aut lochiis suppressis Horst. lib. II. obs. 25.*
- 7.) *Animi Pathemata graviora v. gr. Ira, Moeror & tristitia M. N. C. Dec. I. A. 6. & 7. obs. 54. Camerar. syllog. memorab. Cent. X. hist. 52. Lang. oper. P. III. pag. 36.*
- 8.) *Abusus Medicamentorum Volatilium & opiatorum sternutatoriorumque M. N. C. Dec. II. A. II. obs. 31.*

§. VIII. *Ratione differentiarum alia est*

Idiopathica, ubi febris & inflammatio uno tempore & opere concurrunt, quæ tamen species admodum rara est: alia autem

Symptomatica seu consensualis, quando inflammatio in remotioribus corporis partibus v. g. Pulmone, Pleura, Diaphragmate, Ventric. Epate, Liene, Testibus, utero &c. vid. Eph. N. C. Cent. 7. & 8. obs. 9. hæret, & cerebrum saltem per consensum nervorum, & impr. paris vagi octavi afficitur, Actusque Animæ rationales turbantur.

§. IX. *Signa quod attinet, ea duplicia sunt: alia enim imminentem, alia præsentem phrenitidem indicant.*

§. X. *Imminentem Phrenitidem* præſagiunt. 1.) Vigiliæ immodicæ 2.) Dolores capitis acerbi & perdurantes. 3.) Oblivio rerum antea factarum cum turbulentis reſponſionibus. 4.) Exiguum potus deſiderium. 5.) Garrulitas inſolita nimia-que loquendi promptitudo plus minus audax & cum ferocia. 6.) Arteriarum pulſus magnus in temporibus. 7.) fauces aridæ cum lingua nigricante.

§. XI. *Præſentem* autem commonſtrant. 1.) Delirium continuum cum febre acuta conjunctum. 2.) Carotides impetuosiſſime pulſantes. 3.) Venarum capitis Turgeſcentia, temporumque ſaltus. 4.) Faciei rubor inſignis. 5.) Oculi torvi & ſcintillantes. 6.) Violentia in adſtantes, & laborioſum erumpendi conamen. 7.) Vrina tenuis alba, quandoque rutilans, aut ſanorum ſimilis.

§. XII. *Prognofin* quod concernit, in genere notandum, omnem Phrenitidem ſemper periculi plenam eſſe, dubii-que eventus, quoniam ex numero morborum acutorum eſt, juxta Hippoc. ſect. II. Aph. 19. quæ niſi ante quartum diem reſolvatur & diſcutiatur, in gangrænâ & ſphacelum abire ſolet teſtis. Hippocr. ſect. 7 aph. 50. Hinc etiam Bonetus in phreniticis nunc ſideratam duram vel piam matrem, nunc ſuperficiem cerebri inflammata & ſphaceloſam, notavit.

§. XIII. *Mala proin ſigna* ſunt. 1.) continua & furioſa dementia cum vigiliis perpetuis. 2.) Tranſitus in pathemata ſoporosa, aut affectus ſyncopticos. 3.) Vrina prius abunde colorata, poſtea alba & tenuis, aut naturali ſimilis. 4.) Alui & Vrinæ pertinax retentio. 5.) Tremor, Rigor, ſtridor dentium, convulſiones, ſingultus, 6.) ſi in principio morbi de dolore in bulbis oculorum conquerantur. 7.) ſi facies ſit cadaverosa, & reſpiratio ſumme difficilis. Hippocr. ſect. 4. aph. 40. 8.) ſi colores varii ante oculos appareant, & objecta peregrino colore ſint inveſtita, Hipp. ſect. 4. aphor. 49. 9.) ſi narium ſtillicidium

dium ad paucas guttas duntaxat accidat, sudorque particularis superveniat. X. si in sequiori sexu Mensium fluxus coincidat, XI. si decumbentes in ipso morbi vigore mansuescant, & pacati fiant. XII. si ægri nihil deglutire velint. XIII. si Echo & Bombilus aurium, Bombilo apum murmurantium similis, superveniat.

§. XIV. *Salutis e contra spes* quædam affulget, si debito tempore & die evacuatio quædam critica per Nares, sudorem, urinam alvumque succedat, vid. Loffius obs. 9. Rhod. Cent. I. obs. 42. aut per metastasin materia morbifica ad partes glandulosas pone aures sitas amandetur, quod eo magis sperare licet, si circa aures murmura strepitus vel sonitus observetur.

§. XV. *Curatio* ad sequentes indicationes dirigenda erit.

I. *Vt ulterior sanguinis copiosioris & acrioris affluxus ad cerebrum & meninges inhibeatur.*

II. *Orgasmus humorum attemperetur.*

III. *Stasis inflammatoria resolvatur & discutiatur.*

IV. *Virium, symptomatumque ratio habeatur.*

§. XVI. Quoad I. *Indicationem* ante omnia V. S. & larga quidem, nunc in vena jugulari externa, vid. M. N. C. Dec. II. A. IX. obs. 173. nunc frontali aut sublinguali administranda est, quam tamen semper præcedat V. S. in brachio vel etiam in pedibus instituta.

§. XVII. Alii, præeunte Panarolo Pentecost. I. obs. 19. magis commendant *Arteriotomiam*; cum vero hanc non satis tuto ubique celebrare liceat, loco hujus, ad præceptum Cæl. Aureliani, *scarificatio* vel in *toto capite*, vel saltem in *Naribus* institui poterit, vid. Ill. Stahlii propempticon inaugurale de scarificatione Nar. Aegyptiaca, vel loco hujus *bacillus exilis acutus*, aut *culmus stramineus*, naribus validius adigatur, aut

penna in formam stelle efformata iisdem intrudatur & circumducatur, ut sanguis proritetur vid. Zacut. Lusitan. L. I. Histor. princ.

§. XVIII. Laudari quoque merentur *Hirudines* non modo *venis hæmorrhoidalibus*, si ex intercepto hæmorrhoidum fluxu phrenesis fuerit exorta, applicandæ, verum etiam *ipsis temporibus* aut pone *aures* apponendæ.

§. XIX. Eandem indicationem, præcunte Hippoc. lib. III. de Morb. respicit II. *Alvi solutio*: hac enim mediante humorum motus magis deorsum dirigitur; laudantur eapropter *Enemata* ex paregoricis & refrigerantibus parata, quæ tamen semper ingrediatur nitrum. Ill. autem Frid. Hoffm. hoc in morbo maxime commendat potiones mannatas, ex Mannæ ℥iiij. in sero lactis solutis cum Crem. tartari ʒj nitri ʒss. & ol. amygdal. dulc. ʒj paratis, & in dissert. compendios. & clinica Praxis inflammation. c. cautelis inscripta Idem Ill. vir extollit pulverem seq. Rec. Auri fulmin. ʒβ. Arcan. duplic. ʒij. MS. pro una dosi in cerevisia calida butyrata. Acutissimus autem Bagliv. Prax. Med. lib. I. p. 102. expertum commendat pulverem Cornachin. cum diluente decocto quodam exhibendum.

§. XX. Magnum quoque usum hic præstant *suppositoria* quodammodo acria intrusa.

§. XXI. Revellendi fine III. profunt *Frictiones* cum pannis asperis, in partibus inferioribus institutæ, it. IV. *Vesicatoria* aut V. *Cataplasmata rubefacientia* plantis pedum imponenda ex Raphan. communi radula raso, nitro & sale communi, vel pulvere ad sinapism. & fermento pro panificio usitato paranda; vel VI. *Pediluvia* ex refrigerantibus & paregoricis concinnanda.

§. XXII. II. & III. Indicat. omnium optime prospiciemus *alterantibus*, *Spirituosis* præprimis, it. antispasmodicis, antifebrilibus, camphoratisque remixtis, inter quæ apprime com.

commendamus pulv. antispasmod. & temper. Ill. Stahl, & N. O. Magnes. alb. C. C. philos. præp. Antimonium diaphoret. Mater Perlar. ocul. & chel. 69. Cinab. nativ. & Antimonii, specif. C. Mich. nitrum depurat. Antimoniat. rosat. papaverin. & tandem ipsam camphoram, ex quibus omnibus deinceps variæ formulæ concinnari possunt. Sic B. J. M. Hoffm. sequentem pulverem in usu fuisse recordor Rec. nitri depurat. vel perlat. 3℔. Camph. gran. iij. MS. Dr. sic in duodecuplo ad totid. chart. Sr. *Hitzdämpffende Pulver 1. Briefflein auf einmal.*

§. XXIII. Conducunt porro *resolvendi scopo* Mixt. simpl. Ess. Alexipharm. Stahlii. scord. Spiritus C. C. fuligin. theriacalis camphor. Bezoardic. &c. attamen in refracta & sæpius repetita dosi exhibita.

§. XXIV. Attemperant insuper *Emulsiva* ex sem. frig. major. papav. alb. &c. ∇is aut decoctis convenientibus parata, aliaque *humectantia* v. g. decoct. Hord. C. C. C. Diacitr. Myns. it. flor. & fruct. serum lactis citrat. tamarindinat. &c.

§. XXV. Præter autem commemorata hæc interna, externa quoque in usum vocanda sunt, inter quæ ab Autoribus commendatur pulmo vituli adhuc calidus, capiti raso applicatus, vel in hujus defectu gallina vel columba per medium dissectetur & adhuc calida simili modo adhibeatur, vel spir. Vini camphoratus cum ol. L. Rhod. & Ess. Castor. mixtus sedulo collo & Nuchæ admoveatur.

§. XXVI. Quoad IV. *Indicationem* denique cum ea potissimum ad *virium conservationem* directâ sit, *Analeptica* omnem absolvent paginam; laudari tamen præ ceteris merentur pulv. cordial. n. o. Analept. Mind. Solaris Hallens. species cord. temper. & de Gemm. frig. solut. perlar. ficca, aq. confort. Nor. C. & sine pulv. aq. cordial. frig. Aug. & Nor. Herculis item Saxon. Cinam. flor. cordial. & Hord. C. C. citrat. & e citro toto, Borrage. it. scorzon. Rubi Id. &c. ex quibus facile additis

additis syrup. convenientibus, v. g. Acetos. citr. Contrajerv. papav. rh. Cort. Citr. Julep. gemmat. Nor. It. Cliff. Antimoniali, Spiritu nitri & Vitrioli vel succo citr. rec. expr. Julapia aut mixturæ parari poterunt: Etenim Cel. Sydenham rectissime suo jam tempore monuit, Phreniticis plus interdum succurrendum esse analeptics, quam sanguinis missione.

§. XXVII. Dum circa analeptica hæreo, lubet insimul in gratiam boni publici communicare Mixturam vere cordialem magni quondam felicissimique Practici B. J. Maur. Hoffm. quæ in morbis periculosis optimo cum successu semper usus est.

Rec. Cort. Citr. ext. rec. flav. ʒj sacch. cand. alb. ʒß.

Contunde ad formam pultis affundendo seorsim.

▽. Cerasor. nigr. Flor. Tiliæ. Scorzon. aa ʒj.

C. C. citrat. l. e. Typh. Cerv. ʒiß.

Cordial. frigid. Cinnam. flor. cord. aa. ʒvj.

Vini Granator. ʒij, Colat. adde

Syrup. Contrajeru. Rubi. Id. aa. ʒß.

Succi Citr. rec. expr. q. S. pro grato acore D. S. *Kräftiger Citronen Julep.*

§. XXVIII. Tandem quod symptomata, quæ a Medico specialiter considerari & removeri debent, concernit, cum ea præ reliquis sint vigilæ, intensissimique capitis dolores &c. utrique optime prospicere licebit *interne* per antea commendata attemperantia nitrosa, analeptica, antispasmodica, anodinaque emulsiva & papaverina (cum opiatīs enim tanquam infidis remediis non nisi circumspectissime agendum) *externe* autem per unguenta, linimenta, epithemataque varia Capite I. jam proposita.

